Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



112

ergo accipiendum est. ad nos. apostolis dictum uone curam
ferrent. Et non nisi curam ferrent. Cur enim secundum
matheum dicere eis. prohibet possidere aurum neque argentum
neque pecuniam in zonis uestris non peram in uia neque duas
tunicas. neque calciamenta neque uirgam. continuo subiecit.
Dignus est enim operarius cibo suo. Unde sacris ostendit. Cur eos
haec possidere ac ferre noluerit non quoniam necessaria non sint
sustentationi humanae. sed quia sic eos monebat uteris haec
deberi demonstrare et ab illis ipsis quibus euangelium creden
tibus adnuntiarent. Tamquam stipendia militantibus.
tamquam fructum uineae plantatoribus. tamquam lac gre
gis pastoribus. Unde paulus dicit. Quis militat suis stipen
diis umquam. quis plantat uineam et de fructu eius non edit.
Quis pascit gregem et de lacte gregis non percipit. hinc enim
loquebatur de his quae necessaria sunt praedicatoribus
euangelii. Unde paulo post dicit. si nos uobis spiritalia se
minauimus magnum est. si uestra carnalia metemus.
si alia potestatis uestae participant. non magis nos. sed non
sumus usi hac potestate. Unde apparet haec non ita prae
cipisse dnm. tamquam euangelistae uiuere aliunde non
debeant. quam eis praebentibus; quibus adnuntiant euange
lium. Alioquin contra hoc praeceptum fecit id est apostolus
quinquidem de manuum suarum laboribus uiuebat.
nec cuiquam gratuitus esse et. sed potestatem dedisse inquasci
rent sibi ista deberi. Cum autem ad nos aliquid imperatur
nisi fiat inobedientiae culpa est. Cum autem potestas
datur licet cuiq: non uti. et tamquam de suo iure recedere.
Haec ergo dns loquens discipulis indagebat quod ipse apostolus
paulo post apertius explicat. prescias quoniam qui in templo
operantur quae de templo sunt edunt. qui ad altari de
seruiunt altari cum participantur. sic et dns ordinauit
his qui euangelium adnuntiant de euangelio uiuere.

VIII